



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

LXVII. Pactum inter parentes de eorum hereditate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

& mancipiis ibidem commanentibus vel adspicientibus, id est, quantumcunque in ipso loco mea videtur esse possessio vel dominatio, totum & ad integrum per hanc chartulam cessionis sive per festucam atque per andelangum de meo jure in jus & dominationem tuam perpetualiter transfirmit. In ea verò ratione ut quandiu advixero, victum mihi, potum, & vestimenta, & calciamenta in omnibus sufficienter procurare debeas, ut exinde mihi omnibus diebus vitæ meæ nihil deficiat, quod si hoc non feceris, ipsas res, quas tibi delegavi, ad integrum perdas. Propterea hanc epistolam tibi fieri vel firmari rogavi, ut nullo unquam tempore aliquis de hereditibus meis seu proheredibus hanc conventionem inter nos factam immutare vel refragare non possit, sicut superius continetur. Ea scilicet ratione ut quandiu advixero, meam necessitatem in omnibus procurare debeas in cibo & potu, in vestimentis seu calciamentis, & post meum discessum ipsæ res, quas tibi tradidi, in tua dominatione permaneant, vel quicquid ibi deinceps facere volueris, liberam in omnibus habeas potestatem. Et si ullus quilibet, quod sciendum esse non credo, si aliquis de propinquis meis, vel quælibet alia persona hoc emutare vel temerare præsumperit, inferat tibi tantum quantum ipsæ res valuerint, & insuper ad partem fisci auro uncias tant. argento libras tantas coactus exsolvat, & quod repetit nihil evindicat, sed præsens hæc epistola adoptionis omni tempore firma & stabilis permaneat, cum stipulatione subnexa. Actum, & reliqua.

Alia de eadem re.

LIX. Ego in Dei nomine ille. Dum peccatis meis facientibus orbatus sum filiis meis, placuit ut te illum unâ cum consensu patris tui in civitate illa cum curia publica & defensore de potestate patris naturalis descendente & in meam potestatem venientem in locum filiorum adoptarem, quod ita & feci. Ea verò ratione ut quandiu advixero, victum & vestitum, tam in dorso quam in lecto, seu calciamento, mihi in omnibus sufficienter impertias & procures, & omnes res meas, quascunque habere videor, tam in manso, vinea, prato, peculio, seu reliqua suppellectili domus, salvo jure meo, diligenter excolas. Post obitum quoque meum, sicut à me generatus fuisses, ita in omni hereditate mea per hanc epistolam adoptionis

statim sis successurus, vel quicquid de supradictis rebus meis, quantascunque moriens dereliquero, facere volueris, jure proprietario absque repetitione heredum meorum liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem. Quod si aliquis hoc temerè emutare voluerit, inferat tibi tant. & quod repetit vindicare non valeat, sed præsens epistola omni tempore firma permaneat. & reliqua.

Donatio ad filios naturales.

LX. Gesta lex & consuetudo exposcit ut quæcunque persona naturales filios habuerit, & alios plures non habuerit, si eos voluerit in sua instituere hereditate, faciendi id liberam habeat potestatem. Ideoque ego ille &c. *ut supra pag. 464.*

Si aliquis servo suo quæsiidivæ aliquid concedere voluerit.

LXI. Iustissimis nostris sublevantur muneribus qui nobis fideliter & instanti famulantur officio. Ego in Dei nomine ille fideli nostro illo &c. *ut supra pag. 425.*

Charta hereditaria.

LXII. Dulcissima filia mea illa. Dum non est incognitum, sed per populum divulgatum & patefactum, quod ego ex ancilla mea nom. ill. te generavi &c. *ut supra pag. 461.*

Mandatum.

LXIII. Dulcissimo amico meo illi, ego ille. Rogo atque injungo caritati tuæ ut eas ad vicem meam ad civitatem illam &c. *ut supra pag. 465.*

Hereditaria.

LXIV. In nomine Domini. Anno illo Domini nostri illius Regis, mensè illo, gesta habita apud laudabilem virum illum defensorem &c. *ut supra pag. 465.*

Rescriptum.

LXV. Magnifico amico meo illi, ego ille Cognita iusta injunctioe tua, ut per tuum mandatum me rogasti &c. *ut supra pag. 466.*

Charta ut filie cum fratribus in paterna succedant alode.

LXVI. Dulcissima filia mea illa, ego ille. Diuturna sed impia inter nos consuetudo tenetur ut de terra paterna sorores cum fratribus portionem non habeant &c. *ut supra pag. 412.*

Pactum inter parentes de eorum hereditate.

LXVII. Quicquid inter propinquos de alode parentum, non judiciaria potestate coacta &c. *ut supra pag. 413.*

Item alio modo.

LXVIII. Caritatis studio & dilectionis affectu